



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Libri de moribus Regularium Virorum, & Monialium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Liber actonum Congregationum Cancellarium.

Habeat librum authenticum actonum, variarum congregationum generalium, aut alias frequentius Cleri secularis vel regularis coram Archiepiscopo, vel Vario aut Praefectis, seu Visitatoribus Generalibus.

Liber actonum congregationum de cultu diuino.

Librum authenticum etiam, in quem conferantur scripta & acta congregationum, de ritibus, caeremoniis, & de ceteris; in quibus appareat propria consuetudo ecclesiae Ambrosianae; tum alia ad diuinum cultum spectantia.

Filicia quatuor Congregationum parochialium.

Filicium etiam habeat quatuor positarum in Congregationibus Parochiarum Urbis & Foraneorum, ac resolutionum illarum.

Libri de moribus Regularium Virorum, & Monialium.

Lib. de moribus regularium virorum.

Ita praeterea liber vnus ad mores Regularium pertinens: in quo describat Cancellarius singula Monasteria & domos Regularium titolata & commendata quae Contentum habeant, eaque ordine Congregationum: sub singulis autem monasterij seu domibus referat discretim quaeunque deferuntur, spectantia ad praestantiam & virtutes insignes, vel abusus defectusve, & crimina vel communia vel particularia in illis ecclesijs, Monasterijs, vel personis, earumque moribus.

Lib. de moribus monialium.

Index sit ordine nominum Religiosorum qui delati sunt, descriptive alterutro nomine, vel insignis virtutis vel prerogatiuae alicuius, aut rursus delicti vel criminis.

Sit liber alter similis de moribus Monialium, tam subiectarum ordinario, quam regularibus, eodem ordine scriptus, cum simili indice.

Habeat Cancellarius Indices infra scriptos ad mores Monialium pertinentes.

Nomina monialium cuiuscunque Monasterij.

Nomina protectorum singulis Monasterijs.

Nomina Conuersarum, si quae facultate habent foras manendi, & quaerendi.

Indices priorum in heminum, qui obseruent circumeundo, aut seruentur regulae de Parlatorijs.

Index causarum probatarum pro ingressu Clausurae Monasteriorum.

Nomina Medicorum, & aliorum, quibus data facultas est per totum annum ingrediendi in casibus necessarijs.

Habeat librum admissio-
rum ad religionem, cum sua filicia, responde-
dente; in quo notet omnia hoc ordine.
Petitionem admittendae puellae ad religionem.

Deputationem Confessorum ex decreto Prouinciali.

Dispensationem anni, vel partis anni, si data sit ex aliqua causa.

Facultatem ingrediendi Monasterium in fine anni, si data sit, causa videndi monasterium.

Exhibitionem cedulae promissionis dotis; quam etiam seruet in filo.

Examen pro admissione ad religionem.
Concessionem faciendi capitulum pro admissione.

Instrumentum depositi dotis, ad effectum implicandi pecuniam, & promissionem census annui, & aliorum: quod instrumentum registretur in libro instrumentorum.

Examen post sex menses pro habitu suscipiendo.

Exhibitionem fidei Sacramenti Christiani suscepti.

Exhibitionem fidei solutionum duodecim, & vestimentorum.

Concessionem induendi habitum.

Exhibitionem fidei susceptionis habitus.

Exhibitionem fidei aetatis annorum xvj. completorum.

Examen pro admittenda professione in fine anni probationis.

Concessionem faciendi capitulum pro admissione ad professionem.

Emissionem professionis.

Implicationem pecuniae dotalis in bonis & abilibus.

Habeat praeterea Filicium, in qua seruetur testimonia supradicta.

Libri pertinentes ad mores populi.

Habeat librum de disciplina populis in quem referat dietam, que pertinent ad mores populi vniuersi vel cognoscendos, vel corrigendos.

Lib. admissionis Puellarum in Monasteria.